

Daniele, priore di S. Maria di Cersosimo

XLI 118

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Daniele, priore di S. Maria di Cersosimo

XLI 118

1188-09

In nomine Dei eterni ac salvatoris nostri Ihesu Christi. Anno ab incarnatione eiusdem Millesimo Centesimo Octuagesimo octavo. Mense septembre, indictione decima tertia.

Ego domnus Daniel prior Sancte Marie de Kurizosimi, residente me una cum fratribus meis, scilicet domno Iopho sacerdos et domno Nicolao sacerdos et domno Guillelmo monacho et domno Iohanni monacho et aliis quam pluris testibus sub notatis. Tunc venerunt ante presentiam nostram quoddam homines et in dominio nostro manere dixerunt et etiam in quadam hobedientiam nostram Sancte Marie de Camposerti habitare et hec sunt nomina eorum Costa de Mura, Filastu Accitanu, Iohannes de Niciforu, Iohannes Magruleo. Tali quidem tenore ut per annum servant in Sancte Marie de Camposerti de diebus novem omnino, tres diebus seminent et tres laborent purgent et tres metant. Item si iudicati erint in mercede ducatum unum dent de sacramentis ... si aliquem de prephati homines in patrimonium illorum redire voluerint potestatem habeant rebus eorum ad vicinos vendere et dominus eorum denarios argentos quattuor accipiat ab eis. Si uno in aliis partibus ire optaverint dominus recipiat ab eis ducatos quattuor et pergant. Dum illic erint ipsi et omnis suppellectiles eorum concedimus salus esse cum francitiam et liberalitatem. Et si quis post illos filiis vel parentibus feci aliis hominibus illuc venire voluerint ad habitandum sic superius scriptum est in hominibus iamdictis ita eis annuamus et confirmamus. Pena quoque statuimus ut si quis hoc brevem contradicere seu quod continet violare presumpserit, componat regales triginta et sex medietatem curie et medietatem predictae ecclesie.

Pena statuta ipsi in pace redeant et brevem integrum
permaneat.

Ego Rogerius miles testis sum # Ego quis domnus
Daniel prior huius ... # Ego Arsenius prior eiusdem
ecclesie Sancte ... # sottoscrizione in greco # Ego
Cossus monachus confirmo # Ego Roggerius Gaharrett
Noe confirmo # Ego Nicolaus monachus confirmo
Ego Magus Basilius testis sum # Ego Willelmus
monachus confirmo # Ego Tefanus interfui # Ego
Iohannes confirmo # Ego Roggerius de Monacha interfui